Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 141.

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

Dział (opis) I

1782. Acta fund. ecclesiae parochialis in Zbyszyce. 1798.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

BIBLJOTEKA OSSOLIŃSKICH
ZBIÓR Dr. A. [illegible]
Nr. rękopisu 1782

Consignatio

Super documentis fundationis Ecclesiae parochialis in Zbyszyce in decanatu Sandecensi Dioecesis Tarnoviensis Circulo Sandecensi sitae, juris patronatus Ill[mi] Joannis Comitis Stadnicki haeredis in Zbyszyce, quam etiam super fundis ad hanc ecclesiam spectantibus et in actuali possessione existentibus —

1798

1782

Consignatio

Super documentis fundationis Ecclesiae parochialis Zbyszycensis in decanatu Sandecensi, Dioeceseos Tarnoviensis, Circulo Sandecensi sitae, Juris patronatus Illmi Joannis Comitis Stadnicki haeredis in Zbyszyce, quam etiam super fundis ad hanc ecclesiam spectantibus et in actuali possessione existentibus –

Documenta ecclesiastica

Ecclesia parochialis in Zbyszyce caret erectione, siquidem haec ante trecentos annos per hostilitatem et incursionem Tatarorum amissa est – vestigium aliud primitivae fundationis non habet quam:

1° Ex libro visitationum Ecclesiarum parochialium Dioeceseos Cracoviensis per Reverendissimum olim Christophorum Kazimirski expeditarum sub sigillo Reverendissimi Capituli ecclesiae cathedralis Cracoviensis extractum et per Matthiam Trylinski Actorum ejusdem Consistorii Notarium subscriptum – quod est de tenore tali: " "

Villa Zbyszyce

Ecclesia parochialis murata tituli Sti Bartholomei Apostoli a 40 annis per generosum quondam Nicolaum Kempinski profanata et proventibus, apparatibus et omni decore spoliata. Pro dote habuit agros optimos tabernam, decimas manipulares tam de agris praedialibus villae Zbyszyce, quam a cmethonibus et ex aliis plurimis praediis militantibus. Haec ecclesia nuper est collata per Gm Adamum Rozen, qui jus maternum ducit ex familia Dominorum Kempinskich et est successor legitimus unicus, honorabili viro Sebastiano Dziedzicki plebano in Szczekocze / sed nondum est institutus / Dies et annus in hoc extractu non est annotatus –

2° Ex libro beneficiorum ecclesiarum parochialium Dioecesis Cracoviensis sub sigillo Reverendissimi Capituli Ecclesiae cathedralis Cracoviensis extractum et per Matthiam Trylinski Actorum Rmi Capituli cathedralis Cracoviensis Notarium subscriptum de tenore tali: " " " "

Zbyszyce

Villa juxta fluvium Dunajec in loco editiori sita, habens in se ecclesiam parochialem Sto Bartholomeo Apostolo dica-

tam

ducatam, lapide albo per Würibigtam Kempinski Nobilem de domo Nusztobria muratam et per # Zbigneum Cardinalem et episcopum Cracoviensem consecratam, in qua sunt lanei Cmethones, item tabernae, item hortulaniae, item praedium unum militare, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis in Zbyszyce. Item Ecclesia et plebanus habent ibi agros liberos et prata pro suo usu praedio et necessitate — / Dies et annus in hoc extractu non est annotatus —

3tio Documentum Ecclesiae, vigore hujus percipiebatur / et adusque sed alio modo et infra in adnotatione sub lit. A patebit percipitur / est sequens —

Zbyszycensis Ecclesia parochialis sub decanatu rurali Sandecensi; cujus possessor honorabilis Martinus Cięż-kowski, qui juravit —

In Zbyszyce tota decima manipularis
In Sunna tota decima manipularis
In Kobyle tota decima manipularis
In Znamirowice tota decima manipularis
In Rozbkowa tota decima manipularis
In Tabaszowa tota decima manipularis
In Jelna ab uno Cmethone decima manipularis
In Wola tota census et decima pecuniaria
In Załęże tota decima pecuniaria
In Witkowcza de Scultetia decima pecuniaria

Mensalia

In Zbyszyce et Kobyle Missalia decem metretae et tres quartae Avenae mensurae Sandecensis —

Ex libro retaxationum beneficiorum Ecclesiae Cathedralis et dioecesis Cracoviensis descriptum et sigillo venerabilis Capituli ejusdem Ecclesiae Cathedralis communitum. Martinus Wolbramcen publicus Actorum venerabilis Capituli Cracoviensis Notarius (L. S.).

A Adnotatio 1ma

Quamvis secundum librum Retaxationum Beneficiorum gaudebant antecedanei Parochi Zbyszycenses jure percipiendi decimam manipularem ex pluribus integris ad parochiam Zbyszycensem spectantibus pagis et praediis, attamen successu temporis a haeredibus secundum suum velle, sua authoritate et ob suum privatum lucrum manipularem decimam in pecuniariam inproportionaliter commutaverunt, per quam commutationem proventus beneficii in exiguum et incongruum redactus est, et

quamvis parochi in continuo usu fuerint, ut relicta acta penes ecclesiam testantur, et variae inhibitiones pro conchendis segetibus ad horrea possessorum a Consistorio procuratae sint, donec exdecimati fuerant; attamen decima manipularis ad usque nec adjudicata nec abjudicata a perceptione ad praesens manet, sed percipitur sequenti modo :/

B. Adnotatio 2da

Parochus realiter in actuali possessione decimae pecuniariae infrascriptae existit.

Decimae pecuniariae

Cognomina Dominiorum et praediorum communitatumque a quibus parochus percipit decimam pecuniariam	fl. pol.	gros.
Zbyszyce Dominium ex agris praedialibus	100	
Wilkonosza D[it]o D[it]o	12.	
Sunna Dominium simul cum communitate	20.	
Jelna praedium et communitas	18	
Zbęk praedium cum sua communitate ad Dominium Zbyszycense attinens	12	
Lipie ex agris praedialibus	25	
Detto ex agris communitatum	32	
Załęże praedium ad principale Dominium Rożnów attinens	1.	
Ex hortulania in Załęże a subdito Stanislao Burek ad Dominium Rożnów attinens	1.	
Ex praedio olim Sechów ad Dominium Rożnów attinenti	3	
Praedia duo Znamirowice ad Dominium Rożnów attinentia	15	
Rąblowa Dominium simul cum sua communitate	30	
Tabaszowa et Znamirowice communitates	12	
Chobyk praedium ad principale Dominium Rożnów spectans	18	
Detto ex agris Communitatum	13	15
Summa	302	15

Decimae manipulares

1o Zbyszyce Dominicalis ex tertia vel quarta parte agri, quem prius quinque Cmethones et tres hortulani colebant et decimam manipularem parocho extradebant, sic ad usque dum hi agri in dominicalem conversi sunt, a Dominio Zbyszycensi ex eodem agro manipularis decima duobus annis in

Zbyszyce

sexagenis quadraginta plus vel minus percipitur, tertio vero anno semper pro vacuo seu sterili relinquitur —

2° Incolae seu habitatores oppidi Zbyszyce partem agri dominicalis, qui est positus secus oppidum Zbyszyce inter se habent distributam, de quo sicut Dominium tenebatur decimam extradere, sic et moderni neohabitatores, qui colunt agrum decimalem, contribuunt decimam, quae importat annuatim circiter sexagenas 6.

3° Hortulani seu subditi Zbyszycenses 7, a quibus primis 4. videlicet Simone Nadzwicz, Francisco Gargas, Casimiro Niewola, Luca Niewola decima percipitur per sexagenam unam et manipulos 30, a caeteris vero tribus, videlicet Matthia Lukasik, Adalberto Wiślak et Stanislao Gondek percipitur circiter per sexagenam unam —

4to Praedium Struga et Porzbistka ad Dominium principale Tęgoborzense attinens ex altera parte fluvii Dunajec jacens, — ex integris suis agris decimatur et importat annuatim sexagenas circiter 38 —

5to Duo hortulani, videlicet Simon Sroduk et Casimirus Odroń subditi Tęgoborzenses secus praedium Struga habitantes ad parochiam Zbyszycensem spectantes ex agris suis tribuunt decimam manipularem 1mus in sexagenis duabus, alter vero in sexagena circiter una et manipulis 30.

6. Znamirowice praedium, particulam agri olim ad Strugam pertinentem adnexam habet, quam particulam dividit via descendendo a praedio Struga ad praedium Znamirowice, ex utraque parte viae secus fluvium Dunajec percipitur decima circiter in sexagenis duabus plus vel minus —

7° Taberna Tęgoborzensis, quam molendinarius cum agro secus fluvium Dunajec jacente ex opposito residentiae plebanalis Zbyszycensis, una parte ad occidentem in longitudine duorum stadiorum, et ex altera ad orientem unius stadii possidet, de quo agro conducitur decima manipularis et percipiuntur sexagenae circiter tres varii grani —

Consignatio ulterior documentorum

1mo Inscriptio quotae annuae flor. pol. 100 in bonis Zbyszyce per Supremum Officium Fiscale vindicatae, quae titulo pensionis annualis sub 26 Febr. 793 Anno per Excelsum Caes. Regium Provinciale Forum Nobilium Leopoliense Ecclesiae

Zbyszycensi adjudicata et prout in tabulis regiis 16 N° 9118 fol. 30 Aprilis 793 intabulata, quae pensio accurate a haerede Zbyszycensi Ill.o Joanne Comite Stadnicki vigore obligationis infrascriptae parochis Zbyszycensibus persolvitur.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Sandecensibus Ill. M.us Antonius in Rożnow de Stadniki Stadnicki Capitaneus Ostrzeszoviensis bonorum Zbyszyce cum attinentiis inter alia bona haeres, sanus et recedendo etc. recognovit, quia ipse zelo pietatis ductus, in laudem et honorem cultumque Sanctissimae Trinitatis Illustri Ad. R.do Klimasiewicz in Zbyszyce Ecclesia parochialis Curato moderno et ejus successoribus Zbyszycensibus curatis pro tempore existentibus Summam Centum flor. pol. pecuniae communis monetae et numeri in regno currentis, quemlibet florenum grossos 30 pol. computando, ad Altare S.ae Trinitatis in eadem ecclesia neofundatum idque pro devotionibus trinis in anno, et quidem prima in festo S.ae et individuae Trinitatis – Secunda in festo S.ti Joannis de Matha Tertia in festo S.tae Catharinae viduae martyris celebrandis, pensionis annuae dari, solvere et ad manus ejusdem Ill.i Adm. R.di Adalberti Klimasiewicz Curati moderni et pro tempore existenti ejusque successoribus per suum proprium nuntium transmittere, et quidem pro prima rata pro festo S.ae Trinitatis, altera pro festo S.tae Catharinae viduae martyris dari et persolvere idque sub vadio 100 flor. pol. Forum praesens Castrense Capitaneale Sandecense ad respondendum assignat.

Actum in Castro Sandecensi Feria tertia in crastino festo Nativitatis Joannis Baptistae A.o D.ni Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quinto.

2.da Inscriptio

Inscriptio Summae 300 fl. pol. pro absolvendis II.s missae sacrificiis super bonis Zawadka ad principale Dominium Izgoborze attinentibus, de qua summa annuatim a 100 per 5 fl. pol. persolvit Ecclesiae Zbyszycensi Ill.mus Josephus Comes Stadnicki haeres bonorum Izgoborze vigore obligationis ut infra.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Sandecensibus Generosus de Milkowa Milkowski bonorum Villae Zawadka haeres, sanus mente et corpore existens recedendo recognovit, quia ipse Ad. R.do D.o Joanni Przybylowicz in Villa Zbyszyce Curato nunc et pro tempore existenti Summam Viginti unius florenorum polonicalium pecuniae currentis monetae et numeri in regno currentis Census annui reemptionalis, idque pro Summa Capitali Florenorum polonicalium de manibus Generosi Constan-

tini de Bukow Bukowski pocillatoris Gostinensis ex pia intentione in refrigerium animarum in purgatorio existentium nullum suffragium habentium, et praecipue Animae olim Generosi Stephani de Magna Staw Stawski solvit et percepit, in et super bonis suis propriis haereditariis, suprascripta videlicet tota et integra villa Zawadka, cum curia ibidem sita in Palatinatu Cracoviensi, Districtu praesenti Sandecensi consistenti, omnibus et singulis eorundem bonorum subditis, incolis, cmethonibus, hortulanis, inquilinis, agris, pratis, campis, sylvis, fructibus, proventibus, redditibus, utilitatibus, attinentiis et pertinentiis generaliter universis, et nihil pro se suisque successoribus aut pro quopiam alio reservat, sed prout se recognoscentem concernebat sibique legitime serviebat, perpetuo et in aevum, in vim tamen reemptionis alias na Widerkoff vendidit inscripsit, prout vendit et inscribit praesentibus eandem summam suprascriptam viginti unius florenorum polonicalium census annui reemptionalis. Idem Generosus se suosque successores bonorum praefatorum tam in toto quam in parte haeredes et quosvis possessores praefato Adm Rndo Joanni Przybytowicz in Villa Zbyszyce curato nunc et pro tempore existenti inscribit et obligat praesentibus pro die et festo Nativitatis Sancti Joannes Baptistae solutionis, incipiendo solutionem ejusmodi census a proxime venturo festo Sancti Joannis Baptistae in Anno praesenti proxime incidenti festo, et sic consequenter singulis Annis et festis dicto et per suum proprium nuntium mediante quietatione manuali transmittere, idque sub vadio capitalis summae correspondentis 300 florenorum polonicalium. Intromissionem eo nunc dat et per praesentem per ipsum pro tuitione conditione se suosq successores inscribit et obligat, praesentem intromissionem non denegabit, idque sub vadio seorsivo alio. Florenorum praesentiam et in continenti suprascriptus Adm Rndus Joannes Przybytowicz Curato Zbyszycensis a foro sui recedendo recognovit, quia ipse missas sacrificiorum quotannis ad intentionem suprascripti Generosi Constantini Bukowski pocillatoris Gostinensis 21 pro animabus in purgatorio existentibus et praecipue olim Generosi Stephani de Magna Staw Stawski celebrare debet sub censuris Ecclesiae. Actum in Castro Sandecensi Feria quarta post Festum Sanctissimae et individuae Trinitatis proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo Decimo Septimo —

Inscriptio Vigore cujus ex bonis Wilkonosza a Summa capitali 800 fl. pol. pro missae Sacrificiis legata percipitur tantum per 4 a cento a Mª Dna Marianna Zarembina de Wilkonosza juxta infra positam obligationem. Comparens personaliter coram Officio et actis praesentibus capitanealibus Sandecensibus G. Ignatius de Jeziory Jeziorski subdelegatus Officii praesentis, Gnorum Francisci et Annae de magna Staw Jeziorskich conjugum legitimus filius, licet aeger corpore mente tamen Sanus etc. recedendo etc. recognovit, quia ipse de omni et integro jure suo infrascripto, videlicet de Summa 800 fl. pol. ex originali Summa 8000 fl. pol. super bonis villae Wilkonosza haerenti et per Gnam Annam de magna Staw Jeziorska Gi Francisci Jeziorski consortem matrem suam dimissam die hesterna, id est Feria 4ta post dominicam Oculi Anno praesenti sibi recognoscit cessa romanta tum de juribus originalibus eandem Summam evincentibus cesso neque super specificata quoad Summam 8000 fl. pol. spectat jam ex nunc et de facto Ecclesiae parochiali Zbyszycensi eique pro absolvendis quotannis 26, id est inter duas septimanas uno missae Sacrificio pro anima sui et Gi suorum fl. missa sacrificiis cessit etc. prout cedit etc. salvo tamen nihilominus sibi et G.G. parentibus ab eadem Summa 800 fl. pol. praesentibus cessa usu-fructu ad vitaliciale reservato recognitione praes. ad id accedente. Actum in Castro Sandecensi Feria Quinta post dominicam Oculi proxima A. D. 1755.

4to

Inscriptio

Summae capitalis 1500 fl. pol. super bonis Witowice pro absolvendis missae sacrificiis, a qua persolvit magnificus Dnus Baro Gostkowski annuatim pro festo Sancti Joannis Baptistae provisionis fl. pol. 75. [antea 54 fl. pol.] cujus inscriptionis tenor est ut sequitur.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus castrensibus Capitanealibus Sandecensibus Adm Rdus Christophorus Lasbowski in Villa Zbyszyce parochus a foro

st Terris quaternis recedendo recognovit, quia ipse Gs Hieronimum de Gawrony Gawronski bonorum villae Kobyle haeredem de Summa 1500 fl. pol. Adm Rdo Stanislao Tomaszewski plebano Zbyszycensi antecessori recognoscente per eundem Hieronimum Gawronski in et super tota et integra

villa Kobyle cum curiâ et prædio ibidem sito, in palati-
natu Cracoviensi, districtu Czchoviensi jacenti modo reemp-
tionali alias na Wyderkauf inscripsit et ad solvendum
a servit. nec non de census reemptibus ad diem hodier-
nam ab eadem Summa capitali 1500 fl. pol. provenienti
jam vere realiter et in effectu persolutt. quietat et in-
scriptam præfatam reemptionalem cum omnibus conditi-
onibus cassat recognoscens pro ejusmodi Summis tam
capitali quam censuali sibi præstitam esse satisfacti-
onem –
Et hic subinde Gs. Adalbertus Antonius de Gawrony
Gawroński Sortium suarum in villa Witowice hæ-
res, sanus mente et corpore existens recedendo reco-
gnovit, quia ipse Ad. R. Chrystophoros Laskowski
in villa Zbyszyce parocho nunc et pro tempore
existenti Summam 100 fl. pol. census annui reemp-
tionalis id. pro Summa capitali 1500 fl. pol. pe-
cuniae communis, monetae et numeri in regno cur-
rentis, florenum quemlibet grossos pol. 30 com-
putando, de manu suprascripti Gs. Hieronimi
de Gawrony Gawroński de bonis villae Kobyle
die hodierna levati realiter et effectualiter persolut. de
eademq. 1500 fl. pol. Adalbertus Antonius Gawroński
recogn. supra scriptum Gm. Hieronymum Gawroński
quietat, dimittit liberumq. et absolutum facit et ac pre-
nuntiat in et super bonis suis propriis et hæreditariis
præfatis, videlicet totis et integris sortibus in villa
Witowice sit. cum curia ibidem in Palatinatu Craco-
viensi, districtu Czchoviensi jacentibus cum omni jure
omnibusque eorundem bonorum fructibus, proventibus, subditis
attinentiis et pertinentiis universis et nullis exceptis nec
pro se suisque Successoribus aut pro quopiam reservando,
sed prout se recognoscentem concernebant sibique servie-
bant, in vim reemptionis alias na Wyderkauf vendi-
dit et inscripsit, prout vendit et inscribit præsens. quem
quidem censum annuum reemptionalem idem Gsus Adal-
bertus Gawroński recognoscens cum suis Successoribus
bonorumq. præfatarum Witowice hæredum et quovis modo
possessoribus et in super bonis suprascriptis inscribit et
obligat præsens. quotannis pro festo Sanctorum trium regum
incipiendo ejusmodi solutionem census pro festo Sanctorum
trium regum in Anno Dni 1697 proxime venturo, sic et conse-

quenter singulis annis annuatim pro festo Sanctorum trium regum ad manus, quietationem suprascripti Adm. Rdi Chrystophori Laskowski Parochi Zbyszycensis nunc et pro tempore existentis manualem vim authenticè habituram, dare, solvere et per suum proprium nuntium transmittere, idque sub vadio 1500 fl. pol. Intromissionem nunc dat per Mc qui per ipsum et pro tutione, evictione et suosq successores inscribit idque sub alio seorsivo et speciali vadio 1500 fl. pol. quorum praesens. Actum in Castro Sandecensi Feria quinta post dominicam Laetare proxima Anno Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Sexto ———

5to

Inscriptio summae capitalis fl. pol. 1000 in bonis Lipie pro decantatione Coronae SS. Trinitatis locatae, ut patet ex Actis Castrensibus Sandecensibus Feria quarta post dominicam Cantate proxima, Anno Dni Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Nono. de qua summa parochus percipit annualis provisionis fl. pol. triginta et organarius fl. pol. 20 ad mentem legatoris Mi Feliciani Chwalibog haeredis protunc in Lipie, quae provisio simul sumpta fl. pol. 50 a moderno haerede bonorum Lipie Illmo Comite Joanne Stadnicki pro festo Sti Joannis Baptistae accurate persolvitur. Copia hujus inscriptionis penes ecclesiam Zbyszycensem non reperitur et ideo huc non ingrossatur.

6to

Inscriptio Mille flor. pol. pro lampade ante magnum altare a Go Zuk in bonis Lipie locata, vigore cujus a praefata summa recipit parochus Zbyszycensis annualis procentus fl. pol. 50 ab Illmo Joanne Comite de Stadniki Stadnicki haerede in bonis Lipie — Instrumentum hoc penes ecclesiam non reperitur —

Descriptio

Fundorum Ecclesiasticorum ex opere Urbariali deprompta

Numera Topog.	Numera Grunta	Nomenclatura Fundorum	Penes hos fundos repiriuntur Viciniae: Ad Orientem	Ad Occidentem	Ad meridiem	Ad Septentrionem	Continet in se: in longitudine Orgias	in latitudine Orgias	in Summa Orgias quadr.	Continet in se in Summa: Jugera	Orgias quad.	Adnotatio
		Fundi Ecclesiae Zbyszycensis ex libro urbariali dominii et pagi Zbyszyce extracti qui in eodem dominio et pago locati sunt.										Quoniam in Urbario Tęgoborza nulla est apposita longitudo et latitudo fundi plebanalis Zbyszycensis, sed tantum simul accepta enumeratio orgiarum quadratarum ut in longa sub 13, hac de causa hic non apponitur longitudo et latitudo orgiarum sed tantum quadratur enumeratus.
Nro 28	...	Hortus infra domum plebanalem	Aedificia plebanalia	Kamienice et fluvius Danajec	Cum horto Organarii	Item cum horto Organarii	68 1/6 51	38 30	4119	7	881.	
Nro 29	...	Hortus secus horreum plebanale	Via publica	Cum horto qui sub Nro 28 topog.	Horreo plebanali	Horto Organarii	18	16	288			
Nro 30.		Ager plebanalis secus sylvam	pascua et rubete	Domo et agro subditi Domin.	Pascua et rubete	ager Jacobi Zajac subditi Dom.	64	39 3/6	2528			
Nro 31.		Ager secus stagnum Nausie vocatus	stagnum et rubete	agri Domin.	ager Dominii	ager Dominii.	99	52	5149			
		Fundi Ecclesiae Zbyszycensis, qui in Dominio et pago Tęgoborze jacent et ibidem in libro urbariali adnotati sunt.										
Nro 16	11.	Pratum ad parochiam Zbyszycensem	Pratum Dominicale	Item	Item	ager praedialis Struga			3120	2	940	
Nro 27.	44.	Ager secus fluvium Dunajec	Taberna dominicalis	Ager subditi dominii	Campus dominicalis	Fluvius Dunajec			820 5/6			
		Organaria ex libro urbariali Dominii Zbyszyce deprompta.						Summa Summarum		10	224	
Nro 32.		Hortus	Via publica	Fluvius Dunajec	Subditi Dominii Zbyszycensis	Hortus plebanalis	33 2/6	17 3/6	583	1	691.	
Nro 33		Hortus	Via publica	Ager dominicalis	Hortus plebanalis	Oppidum Zbyszyce	56	30 3/6	1708			

Quod infrascriptus parochus vigore supra ingrossatae Consignationis tam singularum inscriptionum quam etiam descriptionum fundorum ecclesiasticorum sim in reali et actuali horum singulorum proventuum possessione testor, et ob majus robur manu propria me subscribo et sigillum Ecclesiae appono. Signatum in Zbyszyce die 20 Decembris Anno Domini 1798. Joannes Cantius Zdzienski Parochus in Zbyszycensis (L.S.) Quod praesens Consignatio, tam documentorum ecclesiasticorum quam etiam descriptionum fundorum ecclesiasticorum parochiae Zbyszycensis in Inventario Dominicali ingrossata sit, hisce testatur. Signatum in Zbyszyce d. 20 Decemb. 1798. Jo: Nałęcz Rogoiski Mandatar Dnii Zbyszyce (L.S.) Vidit Caesareo Regium Sandecense Circulare Officium. Neo Sandecii d. 10a Mar. 1800 anno. Joannes de Neuberger Wierogorski Officii Circ. Secret. (L.S.)

Supra dictam Consignationem de verbo ad verbum per Multum Reverendum Dominum Josephum Gnuthiewicz Curatum Zbyszycensem ex originali Consignatione de anno 1798 rescriptam esse, et originalem Illustrissimo ac Reverendissimo Consistorio Tarnoviensi pro tuta asservatione immissam fuisse praesentibus testor. Ab officio Decanali Sandecensi in Jakóbkowice die 2a Martii anni 1842

Franciscus Gabryelski
Parochus Jakóbkoviensis
Vice Decanus, munus Decani Sandecensis gerens, Inspector Scholarum Nationalium Districtus Sandecensis.

Documentum insignitum Catt. No. 819 Eccl. Hajszp ad No. 2563 com
21 Sept. 848 ad fasciculum similium ejatis (?) lite in Archivo lo
repositum est. Vide Gedl. Prot. eo Ao. 848 ad No. 24, 5 Septemb.

15.

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER
ul. Ostatnia 17
60-102 Poznań
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.